FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Vbi & apud quem cognitio in integrum restit. agitanda sit. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

a ¶Subſtitutos. Adde Io.I.de imo.in l.ſi qs poſthumos.in princ. ff.de libe. & poſthu. Ang. in diſputatione inci.Nobilis quidam genere.& eũdẽ Paul. in l.cum acutiſsimi.j. de fideicõ. Alexã.de imo.in cõſ.lxvij.co. iij.verſi.nunc deſcendo.in j.vo.& in cõſi. ij.co.vo.duplicatũ in cõſ.lxxxvij.in ij. vo. Franc.Cur.

ætas.xxv. annorũ dicitur perfecta & legitima,vt hic,& etiã iuſta.ff.de leg.iij. l. cũ filio.in fi.Sed pone quod ille in quẽ verba diriguntur,erat impubes:& factũ fuerit ſibi legatũ cũ peruenerit ad legitimã vel iuſtã ætatẽ,certè potuit habere reſpectũ teſtator ad pubertatẽ,vt habeat legatũ ſtatim cùm fuerit effectus pubes.vel ad virilẽ ætatem peruenerit,poſtquã fuerit effectus xxv.an. vt in d.l.cũ filio.circa princi. quæ eſt optima:quid in dubiũ?Rñdeo intelligit̃ de ætate xxv.annorũ.vt in fi.illius l. no.per gl. Si aũt dixiſſet cũ in ſuã ætatem peruenerit.in
3 telligitur.ſ.poſtquã fuerit effectus pubes.vt j.e.l.circa prin.†Vltimò illa l.allegatur.ſi ſtatutum dicat ꝙ ſi aliquis deceſſerit cum filijs maſculis legitimis & naturalibus, non ſuccedant fœminæ & aliquis deceſſerit cum filio maſculo originaliter baſtardo: ſed legitimato:ꝙ ille non excludat filiam fœminam. Item ſi aliquis accipiat emphyteuſim per ſe,& filios ſuos legitimos & naturales,ꝙ non veniat legitimatus:quia nõ eſt legitimus per l. ſcriptã
4 ſed per reſcriptum.†& ſi alicui fuit facta ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus:& ipſe deceſsit cum filio legitimo,locum habeat ſubſtitutio:ſed contrarium videtur determinare Bal.in ij.queſtio.j.de fideicõ.l.eam quã.circa mediũ,& in l. cum acutiſsimi.dicẽs ꝙ in legitimato eſt verus ſtatus legitimorum:ideo in omnibus habetur pro legitimo, etiã quantũ ad excludendum fœminam vt in vltima quæſtione de ſubſtitutione. Iaco.de are.diſputando tenuit cõtrarium, quòd legitimatus ex
a cludat ſubſtitutos.*vt refert Ioan.and.in addi.Specu.de ſucc.ab inteſt.in fi.quia legitimatio eſt actus iuris ciuilis: nihil eñ aliud eſt niſi eſſe habilem ad ea quæ ſunt de iure ciuili; ſed princeps hanc habilitatem poteſt verè concedere:vnde non videtur con
5 ceſsiſſe fictè.arg.l.quia ratio.ff.de condi.inſti.†vnde omnes concordant quòd legitimatus eſt verè legitimus,non fictè:licet non ſit verè legitimè natus:ſed fingatur legitimè natus:aliud eſt dicere ſi deceſſerit ſine filijs legitimis,quia tunc comprehenditur legitimatus:ſufficit enim quòd ſit legitimus tempore quo deceſſerit,& aliud eſt ſi dixerit ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis,quia ille verè non eſt legitimè natus,ſed fictè:& verba debent intelligi de vera & propria ſignificatione,non de ficta.l.iij.§. hæc verba.ff.de nego.geſtis.nec obſtat iſta l.quæ loquitur de ætate perfecta,niſi naturaliter perficiatur:illa enim perfectio naturalis nõ poteſt vere tribui per principem,ſed fictè: vnde ille qui impetrauit veniam ætatis, non habet ætatem perfectam vel legitimam verè,ſed fictè:mihi autem videtur quòd licet de proprietate verborum verum ſit id quod dicunt doct.tamen non eſt verum ſecundùm intentionem loquentis,ſiue teſtatoris, ſiue ſtatuẽtium, quorum verba debent intelligi ſecundum conſuetudinem loquendi.vt in l.liberorum.§.quod tamen caſsius.de legat. iij. & l. quam Tuberonis.§.j.ff.de pecu.& quod not. in l. ſtipulatio iſta habere licere.§.hi qui.ff.de verborum obligation.†licet communis vſus loquendi eſt ꝙ ille dicitur legitimus & naturalis qui legitimè natus eſt ex viro & vxore.legitimatus aũt ſemper remanet cũ illo noie ſecundũ vulgarẽ vſum loquendi,quia dicitur ille eſt naturalis tm̃: ſed legitimatus. ideo puto contrariũ eius qđ dicunt doc.& ita dixi in deciſione illius q̃ſtionis quã anno præterito diſputaui:ſed ſi aliquis eſſet legitimatus nõ per reſcriptũ, ſed de iure cõi per cõtractũ matrimonij ſubſequutũ:vel quia datus eſſet curiæ,vel per alios modos,de quibus in auth. qui. mod. nat.effi.legi.& no.per glo.in c.per tuas.qui fil.ſint leg. tunc talis legitimatus cõprehẽderetur per verba ſtatuti,vel teſtatoris. per id quod habetur in c.innotuit.de elec.& per gloſ. & vide de his quæſtionibus Ant.de But.in c.per venerabilem.qui fi.ſint leg.in vltima quæſtione principali.vbi tractat de effectu legitimatio
7 nis.†& etiã vide quod no.Bald.in l.ciues & incolę.j. de app. in ver.quærit gl.ſ.qui dicat̃ verus ciuis:an originarius tm̃:an ſuſceptus de gratia.nam dicit ꝙ in dubio ſi ſtatutũ loquitur de ciue, debet intelligi de originario,quod eſt notandum,non tamen aſſero pro firmo quòd ſit verum.

Si maior factus ratum habuerit. Rubrica.

LEX I.

1 SI inter minores. †Quæro in quo differat iſte tit.ab alio ti. poſito in quinto libro huius voluminis circa finem,qui ſimiliter incipit:ſi maior factus. Reſponde iſte loquitur qñ contractus celebratus erat validus,tamen erat læſus minor.& ſic competebat in integrum reſtitutio,quàm reſtitutionem tollit ratificatio facta poſtea in maiori ætate, ille verò loquitur quando cõtractus erat nullus: quia non interuenerat decretum in alienatione rei immobilis:& tunc ratificatio facit ipſum valere vt ex nunc,nõ vt extunc: & etiam facit ipſum inexpugnabilem ratione læſionis:ſi fuit ſcienter facta:& his diebus in examine cuiuſdam dixi illa verba cuidã doctori qui intelligebat illum titu.quando cõtractus eſt nullus, & ſic intricabatur intellectus eius, & ipſe dixit nunc intelligo: & prius non intelligebam. In l.ij.gl.opponit de l.iij.§.ſcio.ff.de minori.vbi per actum factum poſt minorẽ ætatem circa actum geſtum in minori ætate,per quẽ inducitur tranſactio illius actus, non tollitur in integrũ reſtitutio.& iſte tex.vult contrariũ quod ratificatio ſubaudi expreſſa vel tacita tollat: ſed reſponde quòd ibi actus ille factus poſt minorem ætatem veniebat in cõſequẽtiam actus geſti in minori ætate: ideo trahitur ad tempus illius actus,& non inducitur ratificatio:hic verò non veniebat in conſequentiam,ſed contrà quòd idem eſt quando veniebat in conſequentiam,vt in l.liberis.§.j.ff.de libe.cauſa. ſed reſponde ꝙ ibi ratione delicti commiſsi in ætate minori.

Vbi & apud quem cognitio in integrum reſtit. agitanda ſit. Rubrica.

1 *A ſententia uicarij principis ſeu procuratoris cęſaris ſolus princeps reſtituit, non alius inferior,& an ipſe idem uicarius?*

LEX I.

SI quid. Lex iſta & etiam lex finalis loquuntur de ſecunda parte rubricę,ſcilicet,apud quem iudicem cauſa reſtitutionis in integrum ſit agitanda.l. autem ſecunda loquitur de prima parte, ſcilicet, vbi
1 ſeu in quo loco:& iſta prima l.h.d.† A ſententia delegati à principe ſolus princeps reſtituit non alius inferior.hoc dicit ſecundũ primam lec.gloſſ.ratio eſt:quia fungitur vice principis, & quod vicarius facit,ipſe princeps facere videtur.vt j.l.fi.poſt prin.ibi, vt videatur ipſe &c.& ſic talis delegatus eſt maior quolibet ordinario,in cauſa ſibi delegata,vt in cap.ſtuduiſti.de offi.deleg. ſed reſtitutio nõ poteſt peti corã inferiori iudice,ſed corã ſuperiore, vel coram eodem ſi eſt ordinarius.l.præfecti.cum l.ſeq.ff.de mino.ſed an illo caſu coram eodem delegato poterit peti?gl. fi. innuit quòd ſic.Sed Doc.dicunt contrarium.in l.iij.§.ſi aduerſ.rem iudi.quia functus eſt officio ſuo lata ſententia illam autem gloſ.
2 referas ad lec.ſequentem ſecundũ quàm. hoc dicit.† à ſententia vicarij principis ſeu ꝓcuratoris cæſaris ſolus princeps reſtituit. non alius inferior.hoc dicit,ſed an ipſe idem vicarius?dic quod ſi illo caſu:quia ordinarius.dic ſuprà,de offi.eius qui vi. alterius gerit,in rubro & nigro.& in titul.de offic.vica.& in iſto caſu vorum dicit gloſſ.fi.

2 *Si ego paduanus,& tu Vicentinus,cõpromiſimus in aliquẽ uicentinum,qui tulit ſententiam contra me,& pro te,coram quo,& in quo loco debeam petere reſtitutionem in integrum?uel dicere laudum iniquum?*

3 *Laicus in cauſa quam habet cum illo laico,ſi petat abſolutionem à iuramento coram uicario epiſcopi ad effectum agendi,& ille concedat,& abſoluat:quod efficiatur iudex inter eos etiam in cauſa principali.*

4 *Minor ſi eſt læſus in non proſequendo appellationem:uel in non appellando, coram quo iudice petet reſtitutionem:an coram iudice à quo,uel coram iudice ad quem?*

LEX II.

1 QVoniam. †In integrũ reſtitutio aduerſus cõtractũ poſtulãda eſt corã iudice rei,non corã iudice actoris.h.d.Et vt ſit magis dubia, pone caſum de tribus locis,ꝙ quidam minor paduanus in ciuitate Vicentiæ trãſegit cũ quodã Bononiẽſi, & aliquid ſibi ſoluit noie trãſactiõis:nũc vult petere reſtitutionem, & recuperare quod dedit:dicit̃ hic quod debet adire iudicẽ ciuitatis Bononię quia regula eſt gñalis ꝙ actor ſequit̃ forum rei:ſed an in ciuitate Vicẽtiæ,vbi fuit celebratus contractus,ſi ibi reperiat̃? videt̃ qđ ſic p l.ij.j.de iu.om.iud.qa in loco cõtractus ſortit̃ quis forũ,ſed certè hoc eſſet verũ.ſi agereretur ad obſeruationẽ cõtractus: ſed ſi agitur ad eius reſciſsionẽ; ſecus:quia tũc agit̃ ad diſtractũ:& ita

no. hic Bal. ſecundū Gul. de cu. facit quod no. per Bar. poſt Gul.
in l. qui loco certo. ff. de cōdi. indebi. & ita ex improuiſo reſpōdi
cuidā doctori me interrogāti primo anno quo huc veni, de quo
fuit ille miratus. nec pro tūc erā memor iſtius dicti Bal. Sed op-
ponitur de his quæ habētur ſ. l. proxi. Solu. ibi qn̄ petit̄ reſtitutio
aduerſus ſententiā, tūc poteſt peti corā ſuperiore illius iudicis qui
eā tulit. vel corā eodē ſi erat ordinarius nō corā alio pari vel mi-
nori. hic loquitur qn̄ petitur aduerſus cōtractū, tūc nō eſt inſpi-
ciēda maioritas, vel minoritas, vel paritas: ſed eſt adeūdus iudex
territorij vbi reus habeat domiciliū. per regulā generalē quæ eſt
1 q̄ actor ſequatur forū rei vt l. ij. j. de iur. om. iudic. † Et ita inducit
Bar. ad nouā quæſtionē: Pone quod ego Paduanus, & tu Bono-
nienſis cōpromiſimus in quēdam Vicentinū, qui tulit ſententiam
cōtra me, & pro te. volo petere reſtitutionē in integrū, vel volo
dicere laudū iniquū, corā quo iudice debeo hoc dicere: & in quo
loco: an corā poteſtate Paduæ? vel Bononiæ: vel Vicētij? & di-
cit ipſe q̄ aut laudū non habet executionē ex forma ſtatuti, quo
caſu ſi vellem agere ad obſeruātiam laudi, deberē agere ex com-
promiſſo impleto per laudū. vt not. in l. ij. ff. de arbit. & tūc quia
cōqueror de cōtractu, quia cōpromiſſum eſt cōtractus ſeu trāſ-
actio, debeo adire iudicē Bononiæ per hāc legem, ſed ſi ex for-
ma ſtatuti laudū haberet executionem: tunc nō cōquæror de cō-
tractu, ſed cōquærror de laudo lato à Vicentino: ideo debeo adi-
a re ſuperiorē ipſius arbitri.[a] & ſic poteſtatē Vicentiæ per l. præce-
den. & Doc. videtur tranſire cū Bar. ſed ego nō intelligo illam
deciſionē. nam ipſe non declarat de quo ſtatuto loquatur, q̄ det
laudo executionē. an de Paduano, vel Vicentino, vel Bononiē-
ſi. præterea ridiculum valde videtur eſſe q̄ habeam aliquo caſu
adire poteſtatē Vicētiæ, quia ille nō eſt ſuperior illius arbitri in
hac cognitione ſibi data, cū eam nō dederit ipſe poteſtas: ſed nos
compromittētes: nec in ea recognoſcebat illum in ſuperiorem.
& per hoc tollitur l. præcedens. puto ergo q̄ debeam adire pote-
ſtatem Bononiæ per hanc l. & per talem rationē: quia ille qui eſt
iudex competēs in iudicio præparato. eſt etiam in iudicio præ-
parante, ſeu præparatorio. vt j. de rei ven. l. ordinarij. in fi. in verb.
ab eodem iudice. & ibi elegāter hoc no. Bal. dicēs per illum tex.
3 q̄ ſi laicus in cauſa quam habet cum alio laico, petat abſolutio
nem à iuramēto corā vicario epiſcopi ad effectū agendi, & ille
concedat & abſoluat, quod efficitur iudex inter eos etiā in cauſa
principali, quæ trahitur ad illam curiā, propter abſolutionem à
iuramēto. quod eſt ſingulare, & iſto anno habui ſuper hoc diſce
ptationē. cauſa reſtitutionis in integ. eſt præparatoria ad cauſam
primam. nam ſi ſic illa cauſa eſt præparatoria ad finē agendi: &
ecōtra ſi ipſe erat actor, ego Paduanus erā actor & reus. Bono-
nienſis fuit abſolutus: peto reſtitutionē in integ. vt agere poſſim
nō obſtante laudo: & ſic illa cauſa eſt præparatoria ad finē agen
di, & ecōtrā ſi ipſe actor habebat ſequi forum meum: & ego nō
poſſum petere coram iudice meo: nec puto in hoc adeundum iu
4 dicem Vicentinum quoquo modo. † Item quæro. quid ſi minor
eſt læſus in non proſequendo appellationem, vel in non appel-
lādo. coram quo iudice petet reſtitutionē: an corā iudice à quo,
vel coram iudice ad quem? vide Bar. de hoc poſt Iaco. de are. in
l. præſes. de appel. & etiam in q. præceden. vide quod no. Bart.
in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. in ver. quæro qui eſt
iudex cōpetens &c. & quod etiā not. glo. in l. ij. in fi. gloſſ. j. quib.
quib. ex cau. maio.

1 *Cauſa reſtitutionis in integrum, licet ſit de imperio mixto: poteſt tamen delegari.*
Quis iudex non poſſit cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum?
2 *Ea quæ facit iudex delegatus cenſentur, fieri à delegante.*
Si aliquis notarius ſit electus ad ſcribendum in omnibus cauſis quæ uentilantur coram poteſtate, uel coram tali iudice, & contingat poteſtatem aliquam cauſam delegare alicui doctori, quòd ille doctor non poterit aſſumere alium notarium ad ſcribendum coram ſe.
3 *Licet aliquando delegatus poſſit ſubdelegare, & quando? tamen cauſam reſtitutionis in integrum alteri delegare non poteſt.*
In generali mandato iuriſdictionis: ut ſi delegantur omnes cauſæ quæ uertentur inter tales homines, puta talis parochiæ, ueniunt etiam cauſæ reſtitutionis in integrum: non ſic in mandato generali procuratoris.
4 *Cauſa reſtitutionis, non poteſt compromitti in arbitros.*

LEX III.

1 Cvm ſcimus. † Iudices ordinarij habentes iuriſdi
tionem cum adminiſtratiōe, & etiā
delegati ab eis, & delegatus à principe, ſiue ſpecialiter, ſi-
ue generaliter ad vniuerſitatē cauſarū: ſiue
in quadā alia cauſa, de reſtit. in integ. in illa
incidat. poſſunt de reſtitutiōe cognoſcere,
ſiue petat̄ à minore, ſiue à maiore, eo caſu
quo eſt cōcedenda: ſed ſubdelegati à dele-
gato, & etiā arbiter, & ordinarij, nō habētes
adminiſtrationē (licet habeant iuriſdictio-
nē) cognoſcere de ea nō poſſunt. h. d. tota
lex. quā diuide in quatuor partes: quia pri-
mò ponit dubitationē veterū. vſq; ibi. [ſan
cimus.] ſcd'ò ponit deciſionē. ponendo tria
genera iudicū: q̄ poſſunt de reſtitutione co
gnoſcere, vt in ſummario. vſq; ibi: [ſed ne
quis.] tertiò ponit alia tria genera iudicum
nō valentium de ipſa cognoſcere. vſq; ibi.
[ſed ne quid.] quartò & vltimò declarat
quæ dixerat in ſecūda parte de delegato à principe, vel ordina-
rio, quod poſſit cognoſcere vt intelligatur tribus modis. Primò
qn̄ cauſa reſtitutiōis foret ſibi ſpecialiter legata. Secūdò qn̄ erat
delegatus ad vniuerſitatē cauſarū generaliter: & tūc poteſt reſti-
tuere: etiā ſi principaliter adeat̄ ſuper reſtitutione in integr. quia
iſta cauſa cōprehēditur ſub illa generalitate. licet ſit mixti impe-
rij: ſicut aliæ cauſæ ſimplicis iuriſdictionis. Tertiò poteſt intelli-
gi qn̄ eſſet ſibi delegata quædā cauſa ſpecialis: puta ſuper fundo
inter te & me, & lite pendēte: & ego minor ſui læſus in aliquo a-
ctu. quia fortè nō probaui in termino, nō poſſum corā illo dele-
gato petere reſtitutionē, incidenter aduerſus lapſum termini vt
probare poſſim: nec tūc eſt neceſſarius libellus, nec litis conteſt.
& ſi cauſa mea agitabat̄ per procuratorē, poteſt ipſe procurator
ſine ſpeciali mādato eā petere. vt in c. ſuſcitata. de reſt. in integ. li
cet ſi vellet principaliter petere, regreret̄ ſpeciale mādatū. vt no.
j. tit. ij. l. vnica: eodē modo in illo delegato ſuper fundo, quia pōt
adire ſuper hac reſtitutione, quæ incidēter petat̄: licet nō fuerit
ſpecialiter & expreſsè ſuper ea delegatus: ſic nō poſſet adire ſu-
per reſtitutiōe quæ principalter peteret̄, niſi eſſet ſpecialiter ſi-
bi delegata: vel eſſet delegatus ad vniuerſitatom cauſarum. &
2 hoc vult tota lex. † Not. primò ex hac l. & ad hoc ſemper allegat̄,
q̄ cauſa reſtitutionis in integ. licet ſit de imperio mixto, quia ex-
pedit̄ iudicis officio nobili, & ad priuatā vtilitatē. nihilominus
pōt delegari. & eſt ſpeciale. regulariter ſecus. q̄a cauſæ mixti im-
perij delegari nō poſſunt: cū requiratur cauſę cognitio. vt in l. iu
bere cauere. ff. de iuriſ. om. iud. & ibi no. & dicit illud fuiſſe verū
etiam de iure antiquo. vt patet circa fin. dum dicit. [q̄ & veteri-
bus nō fuerat incognitum.] nō tamen de iure antiquo cōpete-
bat magiſtratibus municipalibus, qui nō habebant niſi ſimplicē
iuriſdictionē: quæ nō eſt imperiū. vt eſt caſus in l. ea quæ. §. ma-
giſtratus. ff. ad muni. hodie verò per hanc l. glo. hic & ibi viden-
tur tenere q̄ cōpetat iure magiſtratus: & ſic magiſtratus munici
pales. id eſt, caſtrorū & villarū, licet imperium nō habeant, pote
runt reſtitutionē cōcedere per hanc l. quæ tribuit hanc poteſta-
tem iudicibus habētibus tribunal. & per conſequēs certū territo
rium. Quidā autem habēt iuriſditionem ſine certo tribunali, &
per cōſequēs ſine territorio. Pone exemplum in rectore vniuer
ſitatis, qui poteſt cognoſcere inter ſcholares in quocunq; loco
honeſto. & ita intelligo hanc l. q̄ coram eo nō poterit peti reſti-
tutio per tex. in ver. [hos tantum.] dū dicit. [qui vel certæ admi
niſtrationi cui & iuriſditio adhæret.] nā doc. intelligūt de habē
tibus territorium. & not. ex illo text. q̄ iuriſditio adhæret territo-
rio, quod declara vt ſubtiliter not. Bar. in l. j. ff. de iuriſ. om. iudic.
circa fi. Sunt etiam quidam iudices ordinarij, qui habent iuriſdi
tionē ſine adminiſtratione: qui non poſſunt cognoſcere niſi in-
ter conſentientes. vt ſunt iudices cartularij, & notarij, qui in eo-
rum priuilegijs hoc habent. vnde in eorum ſubſcriptionibus di-
cunt. talis imperiali authoritate notarius, & iudex ordinarius:
iſti non poſſunt cognoſcere de reſtitutione. vt hic in gloſſ. quæ
3 incipit. non habent, de his no. in l. j. ff. de iudic. † Item not. in
ver. [vt videatur.] quod ea quæ facit iudex delegatus, cenſean
tur fieri à delegante: & ideo dicit Bald. per hunc tex. ſecundùm
Iac. But. q̄ ſi aliquis notarius ſit electus ab ſcribēdū in omnibus
cauſis, quæ vētilantur coram poteſtate, vel coram tali iudice, &
cōtingat poteſtatē aliquā cauſam delegare alicui doctori, quod
ille doctor nō poterit aſſumere alium notarium ad ſcribendum

a ¶ Arbitri. Adde quod no. in l. ſi ſuſpecta. §. fi. ff. de inoff. teſta. & Bal. in addi. Spe. ſ ti. de arbi. col. ij. ver. petitio. & vide Pet. de Anc. in ſua diſp. inci. C. laicus. Ant. de bu. in c. fi. de fo. cōpe. & in c. quãtaualis. & ibi Abb. ſ col. xvij. de iureiur. Fede. de ſeñ. in ſuo cōſi. cclxxiij. & vide Ang. in l. qui ad certū. ff. loc. ibi videt̄ velle q̄ corā iudice rei. & in d. l. ſi ſuſpecta. quod corā iudice arbitratoris. cogita. Fran. Cur.

a ¶Delegatus poſsit. Adde tex. in c.ſi pro debilitate. de officio delega.

coram ſe:quia id quod ipſe facit, cenſetur
fieri à poteſtate. Tene menti.ea em̃ iuriſdi-
tiõe vtiť delegatus,qua delegãs.nec habet
propriã iuriſditionẽ:ſed vtitur iuriſditione
delegantis.l.j.§.qui mandatam.de offi.eius cui man.eſt iuridi.&
hic circa mediũ legis,dum dicit. [vel apud eos qui danť à iudi-
cibus qui propriã iuriſditionẽ non habent &c.] nam loquiur de
ſubdelegatis:qui danť à delegatis:qui delegati ꝓpriã iuriſditio-
4 nem nõ habent.†Itẽ no.ꝙ licet aliquando delegatus poſsit ſub-
a delegare,vt qñ eſt delegatus à principe,vel proconſule. j. de iu-
di.l.à iudice.vel ad vniuerſitatẽ cauſarũ.vt ibi not.attamen cau-
ſam reſtitutionis in integrũ ſibi ſpecialiter vel generaliter delega
tam alteri delegare non põt.& hoc voluit illa gloſſ. quæ incipit.
[id eſt,non habent.] in ver. [& ſi quæras.] Ita intellige illã gl.
licet Rapha.non ita intelligat.imò dicit ꝙ delegatus à principe
poterit eã ſubdelegare per l. à iudice,quod non placet. non per
hoc videť ſentire quod hic tex.intelligať in ſubdelegatis ab eis:
qui ſubdelegare non poſsint:ſed tũc non haberet dubium gl. aũt
videť intelligere in delegatis,qui ſubdelegare non poſſunt regu
5 lariter.tñ fallit in cauſa reſtitutionis.†Vltimò no.circa finem ibi:
[vel ſi generaliter dati] quod in generali mandato iuriſditiõis,
vt ſi delegantur oẽs cauſæ quæ vertũtur inter tales homines,pu-
ta talis parochiæ,vel talis quartæ,veniãt etiã cauſæ reſtitutionis
in integrũ,non ſic in generali mandato procuratoris:quia nõ ve
niunt.imò requiriť ſpeciale mandatũ.vt ff.de minori. l.illud.§. ſi
6 talis.& no.in l.j.j.ti.ij.& do.Raph.hoc no.hic & bene.† No. etiã
illud quod omiſi circa mediũ.quod cauſa reſtitutionis non põt
compromitti in arbitros:quia eſt de imperio. vt in l. non diſtin-
guemus.§.de liberali.ff.de arbi.dicit tñ hic Cy.quod bene poſſet
arbiter concedere reſtitutionẽ, quæ peteretur incidenter coram
eo ratione alicuius læſionis contingentis in cauſa quæ coram eo
ventilať.per c.ſi.extrà de reſti.in inte.& per l.quoties.j.de iudi.&
quod habetur in fine huius legis.

De reputationibus quæ fiũt in iudicio in integ.reſt. Rub.

*1 ☞Diſpoſitio facta in fauorem alicuius ut non ſit in damno,non debet operari ut rema-
neat in lucro,cum iactura aliena.*
Quis dicatur interceſſor? & quòd plures ſint modi intercedendi.
*3 Si emi rem à minore, & de mandato eius ſolui pretium creditori ſuo, & poſtea minor
reſtituitur contra me ad rem an poßim repetere quod ſolui?*
*4 Minor reſtitutus ad rem uenditam,ſi non uult uti reſtitutione, non poterit emptor eũ
inuitum compellere,ut rem recipiat, & reſtituat pretium.*
An beneficio quod habeo à te,poßim uti contra te inuito te?
*5 Mulier ſi ſuſcipiat in ſe obligationem debitoris mei animo nouandi: eodem inſtanti de-
bitor meus primo liberatur ipſo iure, & mulier obligatur ciuiliter & naturaliter
ſed quia in eodem inſtanti incipit mulieri competere exceptio uelleiani contra me,
abſque aliqua reſtitutione petita per eam. Idcirco eodem inſtanti reſtituitur mihi
actio priſtina utilis,contra priſtinum debitorem.*
6 Reſtituto minore,non reſtituitur eius aduerſarius,qui fuit in dolo.

LEX VNICA.

1 QVi reſtituitur.†Reſtituto minore oĩa
reponunť in priſtinum
ſtatũ.etiã contra tertiũ.h.d.Et declara hanc l.vt di
2 xi in l.j.& ij.§.ſi aduer.tranſactio.in text.†Not.in
prin.huius l.quod diſpoſitio facta in fauorẽ alicu
ius vt non ſit in dãno,nõ debet operari vt remaneat in lucro, cũ
iactura aliena.ſufficit em̃ quod opereť primũ ꝓpter quod facta
eſt,& illud põt allegari ad multa, & ſæpe de facto eſt opus hoc
conſiderari in conſilijs occurrẽtibus. Itẽ no. in ver. [ſed & ſi in-
terceſſor.] ꝙ ſi minor ſuſcipit in ſe obligationem debitoris mei
aĩo nouandi,diciť interceſſor:& tñ ipſe ſolus eſt obligatus: quia
debitor liberať ipſo iure.in plus ergo ſe habet nomẽ interceſſor,
ꝙ̃ illud nomẽ fideiuſſor,qui non põt dici,niſi ſubſiſtente obliga
tione principali,ſed interceſſor põt dici etiã illa extincta. plures
em̃ ſunt modi intercedẽdi,de quibuſ dic vt no.in l.in ꝑſonã. §.j.
3 ff.de pac.†Sed quæriť circa iſtũ ver. quid ſi emi rem à minore,
& de mãdato eius ſolui pretiũ creditori ſuo,& poſtea minor re-
ſtituiť cõtra me ad rẽ,an poſsim repetere qđ ſolui? videť ꝙ ſic ar.
huius ver. qa reſtituto minore,reſtituiť aduerſarius eius. etiã cõ
tra tertiũ,vt hic.in cõtrariũ facit;quia ille recepit qđ ſibi debeba-
tur.l.ſi pœnę.§.j.ff.de condi.inde.Cy.diſtinguit ſecundũ Pet. ꝙ
aut ille erat creditor minoris ex cã lucratiua: & tunc prima pars
eſt vera,quia conuenientius eſt ꝙ ille non lucreť, quã quod ego
ſim in dãno.arg.l.at ſi quis.§.ij.vel iij.ff.de relig.& in l.ſi.§.licen-
tiam.j.de iure deli.Aut erat creditor ex cauſa oneroſa: & tunc ſi
minor non eſt ſoluendo,tunc reſtituar aduerſus creditorẽ: & ſic
ab eo non poſſum recuperare:& idem argumentum in l. plane.
la.ij.in §.j.ff.de leg.j.aut eſt ſoluendo:& tunc debeo agere cõtra
minorem:qui ex mea ſolutione fuit liberatus: & ſic eſt perinde
ac ſi ſibi ſoluiſſem, quo caſu ab eo poſſem recuperare, vt in pri-
mo caſu huius l.In glo.quæ incipit. [ſi locupletior eſt?] dic.nã
ſi pecuniam perdidiſſet minor,non teneretur eam reſtituere em-
ptori,& tamen emptor rem emptam reſtituet minori: & ſic totũ
damnum erit emptoris, & incumbit ipſi emptori onus proban-
di quod minor ſit factus locupletior,& pecunia ſit ſalua. vt not.
in l.ſi prædium.infrà de prædi.minor.& l. ſi prædiorum.niſi mi-
nor exercuerit officium publicum:tanquam induſtrioſus & pru
dens,quia tunc incumberet ipſi minori probare quod pecunia
ſit perdita,vt ſuprà qui & aduer. quos.l.j.ſecundùm ſecundam
lect.gloſſ.In glo.ibi. [l. ſi per impreſsionem.] dic quod ibi em-
ptor non recuperat pretium: & tamen reſtituit rem propter eius
delictum commiſſum in emendo : quia intulit impreſsionem
4 venditori. hic verò carebat delicto. † In eadem gloſſ. in fin.ibi.
[ff.eod. l. ſi iudex.] dic ſi minor venditor obtinuit pro ſe ſen-
tentiam ſuper reſtitutione in integrum ad rem venditã, & poſt-
ea non vult ea vti , nec mittere eam executioni : non poterit em-
ptor ipſum inuitum compellere vt recipiat rem ſuam, & reſti-
tuat pretium per illam l. quia cum hoc quòd poſsit recuperare
rem conſequatur ex priuilegio dato minori,quòd poſsit vendi-
tionem reſcindere,non poteſt ipſe emptor illud priuilegium re-
torquere contra minorem, & eo vti illo inuito poſtquam minor
non vtitur cum effectu .& de iſto articulo an beneficio quod ha
beo à te poſsim vti contra te inuito te? dic vt not. per doct. in l.
5 petendæ. infrà de tempore in integrum reſtitut. † In gloſſ.quæ
incipit. [& ita.] ibi. [ſecus in muliere intercedente dic.] nam
ſi mulier ſuſcipit in ſe obligationem debitoris mei,animo noua-
di eodem inſtanti debitor meus primò liberať ipſo iure:& mu-
lier obligatur ciuiliter:& naturaliter , ſed quia in eodem inſtanti
incipit mulieri competere exceptio velleiani contra me abſque
aliqua reſtitutione petita per eam.idcirco eodem inſtanti reſti-
tuitur mihi actio priſtina vtilis contra priſtinum debitorem : ſed
quando minor ſuſcèpit:ſicut ſibi non competit exceptio niſi re-
ſtituatur in integrum.vt in l.nam & poſtea.§.ſi minor. ff. de iu-
reiuran. ita nec mihi reſtituitur actio contra priſtinum debito-
rem,niſi prius reſtituto minore:& ita fuit intentio gloſſ.quod er-
go glo.dicit quòd mulier ab ipſo initio ipſo iure non tenetur.in-
tellige ſanè,non quòd ipſa non obligetur ciuiliter & naturaliter:
quia tunc diceret falſum.vt l.ſi mulier in re.ff.ad velle. ſed vult
dicere quòd ſibi incipit competere exceptio vell. ipſo iure.abſ-
que aliqua reſtitutione:& ſic ab ipſo initio non tenetur cum ef-
fectu:ſed minor ſic.niſi reſtituatur. In glo.ibi. [vel dic verius.]
dic iſta glo.ſubtiliter loquitur.nam eo caſu in quo minori neceſ-
ſaria eſt reſtitutio,quia eſt efficaciter obligatus : cum natura re-
ſtitutionis ſit omnia reponere in priſtinum ſtatum.l.quod ſi mi-
nor.§.reſtitutio.ff.de mino.reſtituto minore,reſtituitur eius ad-
uerſario actio in veterem debitorem,vt hic: ſed ſi minor nõ fuit
efficaciter obligatus:ſed naturaliter tantum,quia ſine tutore,vel
ſine curatore,cum ipſum haberet : licet hoc non obſtante debi-
tor meus à me liberetur , cuius obligationem in ſe ſuſcepit ani-
mo nouandi:non tamen mihi reſtituitur actio vtilis contra eun-
dem:quia hic non interuenit reſtitutio minoris : & ſic ceſſat ra-
tio de qua ſuprà , ſed ſi contingeret minorem reſtitui aduerſus
naturalem obligationem , quod aliquando contingit.vt in glo.
quod declaratur per Bartol.in l. Marcellus.ff.de fideiuſſo.tunc
ſecundum gloſſ.reſtitueretur mihi actio in veterem debitorem.
6 † Vltimò.l. iſta limitatur vt hic dicitur in gloſſ. in verſic.[niſi
dolo creditoris.] quia reſtituto minore , tunc reſtituitur aduer-
ſarius eius,quando non fuit in dolo:aliàs ſecus.vt ff.de fideiuſ.l.
ſi Titius.& in l. qui res.poſt principium.in ver.huic applicatur.
ff.de ſol.

*Etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitu-
tionis, agi poſſe. Rubrica.*

1 ☞Tutor uel curator,an poßit petere reſtitutionem in integrum?
3 Quid in ſyndico uniuerſitatis: an dicatur habere legitimam adminiſtrationem?

LEX